

CAPVT III.

TITVLI VIRORVM ET MVLIERV M ORDINIS
SENATORII.

862 C. Poplicio L. f. Bibulo aed. pl.¹, honoris | virtutisque causa senatus | consulto populique iussu locus | monumento, quo ipse postereique | eius inferrentur, publice datus est.

Romae in monumento, cuius frons superest ad bivium viarum dictarum Marforio et Macel de' Corvi (I 633. VI 14519; Ritschl tab. LXXXIII). Idem titulus repetitus erat in latere nunc maxima ex parte tecto. — 1) Incertum num hic sit C. Publicius Bibulus tribunus (non aedilis) plebis a. 545 (Liv. 27, 20). Monumentum certe factum esse aliquanto postea quam ille vixit, septimo fere a. u. c. saeculo, litterae inscriptionis indicant. (L. Publicius Bibulus tribunus militum a. 558 memoratur a Livio 22, 53; L. Publici Bibuli alicuius libertus est VI 9694.)

863

Ser. Sulpicius Ser. f.

Galba cos.

ped. quadr. XXX.

Romae in fronte monumenti eruti a. 1885 sub Aventino ad montem Testaceum (Gatti Röm. Mitth. 1886 p. 62 cf. p. 74). Pertinet aut ad consulem anni 610 aut ad consulem a. 646. Cf. X 6523.

864 Italicei | L. Cornelium Sc[ip]i[one]m¹ | honoris causa.

Halaesae in ora Siciliae (I 555. X 7459 bis descripta ut videtur, saec. XVI et a Gualterio, saec. XVII ineunte). — 1) SCHIZIAM vel SCFIIIZIVM apographa. Mommsenus rettulit ad L. Scipionem fratrem Africani, consulem a. 564, qui fuit praetor Siciliae a. u. c. 564 (Liv. 54, 54. 55; Cicero de orat. 2, 69, 280).

865 [L. Licinium L. f.] Lucullum pro q.¹ | p[opolus Athe]niensis et Italicei et | Graece[i] que[i] insula negotiantur.

Deli rep. basis fragmenta (III S. 7257). — 1) Pro quaestore Lucullus Asiae praefuit ab a. circiter 667 ad a. 674 (Cic. acad. pr. 2, 1, 1; Plut. Luc. 4 cf. etiam supra N. 60). — Graecos titulos eidem Lucullo pro quaestore Asiam regenti positos affert Mo. l. c.

866 A. Terentium A. [f. Varronem]¹ Italicei et Graeci qui [Deli consistunt. | A]ύλον Τερέντιον Αύλον υἱὸν Οὐ[άαρωνα στρατηγὸν | P]ωμαίων, Ἰταλικοὶ καὶ Ἑλληγες οἱ κατ[οικουῦντες